⁊ multuz inde scãdalisant laycos simplices. Vnde melius facerẽt q̃ ĩ illis diebus non laborarent. Item p̃ hoc quod dictum est q̃ dedicatio cuiuslibet oratorii debet celebrari. intelligit' etiam q̃ festum cuiuslibet sc̃i in cuius honore fundata ẽ parrochialis ecclesia. in illa die debet parrochia celebrare. Diligẽter etiã aduertẽduz quod superius dictum ẽ in canõe. s. q̃ dies dominica debet celebrari a uespera ĩ uesperam non ab hora nona sabbati p̃cedentis ne uideant' homines iudaisare. partẽ sabbati celebrãdo. Vñ mirũ est q̃ sacerdotes quidã sabbatũ celebrare iubẽt ab hora nona usq̃ ad uesperam ⁊ uexant laycos si post illam horam laborãt. Attendẽdum est etiã q̃ dies dominica non habet uigiliam ⁊ ideo non debet celebrari nisi a uespera in uesperam ut dictum est. Preterea notãdum q̃ in multis locis prauа est consuetudo. ubi conueniunt in festiuitate alicuius sancti lasciue mulieres ⁊ stulti adolescẽtes ⁊ tota nocte in cimiterio lasciuas cantilenas ⁊ dyabolicas cantãt. uel etiam in ecclia ducendo ibi choreas ⁊ turpes exercendo ludos. Omnia talia si fieri potest cum magna debẽt diligẽtia prohiberi. Sustinetur tamẽ in quibusdam locis. qa aliter non conueniunt homines ad tales festiuitates. sicut etiam propter eãdem causam sustinet' q̃ mercata in cimiteriis fiunt ⁊ ecclesiis ⁊ uendunt' in eis candele ⁊ alia. Predicãdum ẽ etiã hominibus ad talem festiuitatem uenientibus. q̃ in memoria habeãt passiones sc̃orum quos ueniunt adorare. Beatus enim Laurentius suam festiuitatem in craticula celebrauit. Petrꝰ in cruce ⁊ Andreas. Martinus in cinere ⁊ cilicio. Homines autem festiuitates celebrant in conuiuiis. potationibus. choreis. ⁊ turpibus cantilenis. Sed nõ bene concordant talia. nec tales honores curãt sancti ⁊ solẽnitates. Sunt autem quedam officia que p̃ter utilitatem publicam in talibus solennitatibus pretermitti non possunt ut uenundarii qui de loco ad locũ ducunt merces in quadrigis. ⁊ qui quotidie cibos preparãt ⁊ nullas festiuitates celebrant. In multis etiaz locis mercata fiunt in diebus dominicis et solẽnitatibus aliis. Omnia hec si possit fieri debẽt prohiberi. Vbi uero nõ fieri potest. trãsgressoribus iniũgatur q̃ aliqua faciãt alia bona. in cõpẽsationem pretermissarum festiuitatum. De clericis autem qui libros corrigũt ⁊ lectiones suas in diebus festiuis affirmant. non credimus q̃ peccent. nisi sint tales operarii q̃ denarios accipiant pro libris corrigendis. Sicut eniz licet legere in ecclesia ⁊ audire euangelium. ita licet legere in domibus etiaz alios libros uel etiam euangeliuz. dũmodo ad honorem dei fiat ⁊ ad utilitatem ecclesie futuram. Sicut enim licet laycis agros suos ⁊ uineas circuire diebus festiuis ⁊ animalia nociua inde arcere. ⁊ aquam nociuam eicere nulla religio uetuit. ⁊ sepes diruptas si inuenerint licet eis leuiter obstruere ad horam ne destruantur segetes ⁊ uinee. ita licet clericis in diebus festiuis libros suos reuoluere. ⁊ in eis si mendacia inuenerint emẽdare.

Quare passio domini non cũ magna solẽnitate ⁊ reuerẽtia celebretur.

Capitulum. ·cix·

Olet autem queri quare passio domini non cum magna solēnitate celebret⁊ reuerētia. qa tunc summum hominibus acquisiuit gaudium dominus Iesus Nihil enim nasci profuit nisi redimi profuisset. Tunc enim uictus est dyabolus ⁊ ianua paradisi ē aperta. Et iō magnum ⁊ triūphale deberet esse gaudiuz Quare ergo passiones sanctoꝝ ⁊ non domini celebratur? Ad hoc dicendū sicut ait Moyses ꝙ dies ille celeberrimus erit in celebritatibus anni. Ita qꝫ omnis anima que non fuerit afflicta in die illo peribit de populo suo. Dedit enim dominꝰ memoriā ⁊ imitationem passionis sue. quia qui nō cōpatitur non conregnabit. Adhuc eniz in membris xp̄s patit. Unde Apl̄us ait Vt suppleam in corpore meo ea q̄ desunt passioni xp̄i. Debemus ergo ī illa die passionis domini aliq̄s passionis sue sentēcias ⁊ angustias sustinēdo imitari ipsius passionez. ⁊ ita patiendo cōtra dyabolu pugnare. Itē nihil sibi christus acquisiuit moriēdo sed nobis. quia eandem glorificationem quam habuit in anima ante mortem. post mortē habuit. quia semper fruebatur uisione dei eque ī vita sicut post mortem. In corpore autem suo dum in sepulcro iacuit ante resurrectionem glorificationem non habuit. in quo immortalitatem ⁊ impassibilitatem recepit. Et ideo quia passio eius nihil sibi acquisiuit. non passio sz eiꝰ solēnisat̄ resurrectio. Ceteri uero sancti in morte sua glorificationē aīe sue receperunt. quam priꝰ non habebant ⁊ ideo dies mortis eorum celebratur.

Ceterea dicit Augustinus ꝙ ideo ecclesia artissimum in die passionis domini obseruat ieiuniuz. quia ea die ita ieiunauit dominus ꝙ non nisi unicaz buccellam panis scilicet unum in cruce comedit latronem.

Qꝙ omnibus iniungenda sunt ieiunia per annum in ecclesia instituta.

Capitulum. ·cx·

Omnibus etiā iniungēda sunt ieiunia per annum in ecclesia instituta. Talium ieiunioruz primo sunt ieiunia quatuor tēporū. que etiam in ueteri testamēto institutā fuerunt. Quatuor ista ieiunia in q̄tuor sunt partibus ānī. s. in uere. estate. autumno. ⁊ hyeme. Sicut eniz illa tempora qualitates distinctas hn̄t. Ver enim est calidum ⁊ humidum sicut aer. Estas calida ⁊ sicca ut colera. Autumnus frigidus ⁊ siccus sicut terra. Hyems uero frigida ⁊ humida sicut aqua. Ita debemus in illis quatuor anni partibus purgare peccatorū sordes quas ī corpore nostro otraximus per hec quatuor elementa predicta. Est autem ieiunium ueris institutum in prima quadragesime septimana ⁊ ita ieiunium deo soluimus pro duobus. Unde habemus argumētuz ꝙ quandoqꝫ unam missam celebrare possumus pro duobus ut si in eodez die anniuersarii duorum defunctorū acciderint. eādem missam pro duobꝰ possumus celebrare. Secūdum ieiunium semper est institutū in pētheco/ste. quia tempus illud a labore uacat hominum. ⁊ propter estatis feruorem quia tūc difficile esset hominibꝰ quā